



Sammelbd von Drs.

v

25

DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> JURIDICA,  
DE  
**MODO AUGENDI FISCUM**  
ET  
**POTESTATEM PRINCIPIS,**  
PER ABROGATIONEM SUCCESSIONIS  
MERETAMENTARIAE, ET LEGITIMAE,  
QVOD GRADUS COLLATERALIUM REMOTIORES;

QVAM,

DIVINA ANNVENTE GRATIA,  
RECTORE UNIVERSITATIS HIERANÆ MAGNIFICENTISSIMO,  
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,

DOMINO

**PHILIPPO WILHELMO,**

S. R. I. COMITE DE BOINEBURG,  
SACRAE CÆSAREÆ ATQUE REGIAE CATHOLICÆ MA-  
JESTATIS CONSILIARIO INTIMO ET CAMERARIO, NEC NON ME-  
TROPOLITANARUM ECCLESIARUM: MOGUNTINÆ ET TREVIRENSIS, CANONICO CA-  
PITALI SENIORE, ET RESPECTIVE SUPREMO CHORI - EPISCOPO, EM-  
NENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARIO IN-  
TIMO, AC CIVITATIS TERRITORIQUE ERFFUR-

TENSIS PRO - PRINCIP<sup>E</sup>,  
CONSENSU INCLYTÆ FACULTATIS JURIDICÆ,  
PRÆSIDE

**JOANNE PHILIPPO Greiber /**  
PHILOS. ET J. U. D. SACRI PALATHI CÆSAREI COMITE, PROFESSORE  
PUBLICO EXTRAORDINARIO, SENATORE, REGIMINIS JUDICIQUE ELECTO-

RALIS ADVOCATO, ET P. L. C.

IN AUDITORIO FCTORUM MAJORI,  
DIE V. MAJI MDCCXIV

PUBLICÆ DISCUSSIONI SUBJICET

**HERVICIUS ANTONIUS DURINO,**  
ERFFURTENSIS, J. U. C.

ERFFURTI, TYPIS GEORGII RUDOLPHI ENGELHARDTII,

Dissertatio Iuridica

MODO ALLEGENDI HIS CUM

POTESTATI M PRINCIPIS

TER A T P O D E S A N N A C R I S I O N E

M I L E T U S T A M I N A T R I A , E T T H E T I M A

G A V O G R E V O S C O T T A L A M U M E M O N O N E

D I C I U S A N N U T Y A , A T I A

S O M I T E S T A T A M A D P O D I U M A D P O D I U M

R E G I O G L O B U S C U R R I S T A T A M A D P O D I U M

K I E V A M A N A D P O D I U M

D O M I N O

P I T T I P O E W U H Y U

S K E R Q D A R A T A H I O E C A T H O N C E M A

I E S T A T S C O M P E T A T I O N E C A M B R A D O , M I C O M N A C

T I T U S C O M P E T A T I O N E C A M B R A D O , T H E

T I T U S C O M P E T A T I O N E C A M B R A D O , T H E

T I T U S C O M P E T A T I O N E C A M B R A D O , T H E

T I T U S C O M P E T A T I O N E C A M B R A D O , T H E

T I T U S C O M P E T A T I O N E C A M B R A D O , T H E

H E R V E R G A N O N I S D I R I N O

T R E P T O R G A N O S C O P P I S C H O L O G I C A F P A

ILLUSTRISSIMO, EXCELLENTISSIMO  
ATQVE GENEROSISSIMO  
DOMINO,  
**DN. JOAN. EVERHARDO,**  
L.B. DE LEYEN,  
DYNASTÆ IN ARIENSCHVVANG,  
PARTENHEIM ET LEYEN,  
SACRÆ CÆSAREÆ ATQVE REGIÆ CA-  
THOLICÆ MAJESTATIS, UT ET S.R.I.NEC MI-  
NUS EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTO-  
RIS MOGUNTINI, RERUM TORMENTA-  
RIARUM PRÆFECTO GENERALL,  
ALTISSIME MEMORATAE SUÆ EMINENTIAE  
ELECTORALIS CONSILIARIO INTIMO,  
CHILIARCHÆ PEDITATUS,  
SUPREMO POLISTRATEGO MOGUNTINO,  
VICE-DOMINO ATQUE JUDICI PROVIN-  
CIALI IN EICHSFELDIA;  
DOMINO MEO GRATIOSISSIMO.

ILLUSTRISSIME atque EXCELLENTISSIME  
DOMINE LIBER BARO,  
DOMINE GRATIOSISSIME!

**B**Ellicosa Romanorum gens , ejusque Princi-  
pes , facta provinciarum ab hostibus parta-  
rum inter suos distributione , constituebant  
insimul ( prout vel ex solo §. 40. *Inst. de R.D.*  
constat ) divisionem prædiorum , in *sipen-*  
*daria* atque *tributaria* ; concedebant nimurum , ex oc-  
cupatis hosticis immobilibus , alia suis *Emphyteutis* atque  
tributariis hominibus , qui vectigal aut *tributum* , à quo  
*tributaria* denominata sunt , eo nomine pensitarent ;  
alia

alia verò suis Ducibus aut militibus , pro praemio  
Virtutis , & quasi pro Stipendio , unde Stipendia-  
rias sunt appellata, assignabant, ita , ut hi neque ve-  
ctigal, neque censum , aut tributum, de iis solve-  
rent; sed immunia detinerent ; vid. *Balduin, in*  
*Comment. ad Inst. d. t. &c. §.* Atque, hoc ipsò, ante  
memorati Romani satis perspicuè innuebant :  
*Militarem prudentiam, per finium amplificatio-*  
*nem , & acquisitionem prædiorum hostilium, ad*  
*augmentum Fisci & potestatis Principis , æquè*  
*conducere, ac civilem, per tranquilla , pro bono*  
*publico, consilia.* Quod si itaque sola *militaris*  
prudentia , generoso alicui animo inhabitans,  
incrementum potentiae principalis pollicetur, id-  
que effectum dare composit est , sane multò ma-  
gis eadem, si *civilem* prudentiam habeat comi-  
tem, vigorem suum confortatum ostendere sata-  
get. Combinata ejusmodi prudentia Temet, I L-  
LUSTRISSIME DOMINE , DOMINE,  
stigit EXCELLENTISSIMUM, nimirum ta-  
lem ac tantum, qui tum *bellicâ*, tum *legali*, dexte-  
ritate atque experientiâ , & quidem utrâque insi-  
gniori, splendet, ita, ut, per eandem, Invictissimus  
*Imperator Romano-Germanicus, unà cum Sta-*  
*tibus Imperii, speciatim verò cum Eminentissi-*

mo Electore Moguntino, Statum suum, & armis  
decoratum, & Legibus armatum, cognoscant.  
Quâ de re, cùm præsentem, de aliquo, & legali  
saltim, modo : augendi Fiscum & potestatem  
Principis, conscriptam Dissertationem, tutamini  
alicujus MECOENATIS provolvere, mecum re-  
volvissem, duplicita illa Tua, ejusmodi augmen-  
tum promovendi, prudentia eandem, sibi sub-  
sternendam, attraxit. Attrahas itaque gratio-  
sissimo, tenues hasce pagellas, nutu & vultu, atque,  
increcente affectu patrocinante, prosequaris il-  
lum, qui Tibi duplicitas, in ulterius exercendâ du-  
duplici & pluries laudatâ Tuâ, imò multiplici, pru-  
dentia, vires, prætereaque multipliciter inde  
promeritum, & juge, Principalium gratiarum, an-  
norumque, & famæ, incrementum, apprecatur,  
atque permanebit

## ILLUSTRISSIMÆ TUÆ EXCELLENTIÆ

Dabam Errfurri,  
d. V. Maji. MDCCXIV.

Humiliter-obsequiosissimus Cliens:

HERVICUS ANTONIUS DURINO.

## PRÆSENS DISSERTATIO CONTINET

- { 1. *Theses Præliminares*, in quibus docetur: *Quod Jure*  
    { 1. *Civili* quidem variis heredes *Fisco* preferantur;      Th. I.  
    { 2. *Naturali* tamen permisum sit *Principibus*: *Fisco* suo frequentiorē occasionē succedendi appearare.      Th. II.
- { 2. *Traditionem ipsam*, in quā potestas *Principis*: abrogandi Successionem Testamentariam, & legitimam, consideratur quoad
- { 1. *Consentanea*; dum de justo ejus exercitio, videlicet ipsi successionum abrogatione, disquiritur; & quidem de hujus  
    { 1. *Causis*; quando nimirum *Regula iustitiae*: *Facultas testandi*, & tām ex Testamento, quam ab intestato, succedendi, sunt *Principis* denegationi obnoxiae;  
    { 1. *Defenditur*; rationes dubitandi  
        { 1. *Proponendo*;  
        { 2. *Refellendo*; per  
            { 1. *Oppositionem rationum* decidendi,  
            { 2. *Resolutionem ipsarummet*, atque examinationem; - - SECT. I. - - Th. I.  
    { 2. *Explicatur*; mediante ejusdem  
        { 1. *Extensione*, - - - Th. II.  
        { 2. *Restricione*; - - - Th. III.  
    { 2. *Effectibus*; scilicet Augmento *Fisci*, & Potestatis *Principis*      Th. IV.
- { 2. *Dissentanea*; scilicet modos, quibus  
    { 1. *Eiusmodi abrogationi* fraudari, SECT. II. Th. I.  
    { 2. *Huius tamen occurri possit*. - - - Th. II.

A 2

THE.



## THESES PRÆLIMINARES.

*Theſ. I.*

**R**incipis Fiscus, de Jure Civilis, non, niſi  
iis demum casibus, hæreditariæ, ſeu  
ſucceſſionis, facultate, gaudet: quan-  
do defunctus 1.) neque cognatos cu-  
juscunque gradus (ſcilicet: neque de-  
ſcendentes, neque aſcendentes, neque collatera-  
les) neque 2.) conjugem, nec 3.) ſocios liberalitatis  
Imperialis, ſeu tales, quibus pariter, ac eidem, ab  
Imperatore aliquid donatum; nec 4.) ſocios col-  
legii alicujus approbati, & quidem talis, quod  
in ſpecie Fisco prælatum; nec, 5.) tanquam Cleri-  
cus, Eccleſiam ſuccedentem, neque, 6.) tanquam  
libertus, Patronum, reliquit; aut 7.) Testamenta-  
rii hæredes, à Judice admoniti, voluntatem defun-  
cti intra annum implere recuſant; aut 8.) Testa-  
mentarii, legitime hæredes, aut legatarii, ſuc-  
ceſſione, legatove ſe reddidere indignos, aut  
9.) hæ-

•(5)•

9.) hæreditatis incapaces , & his nihilominus  
quædam clāni relicta sunt.

§. 1. Horum pene omnium, in specie vero cognatorum,  
prælationem adversus Fiscum J. C. statutam, ostendit  
*L. 1. § pen. C de bon. vacant. ubi Gothofred. lit. f.*

§. 2. Exclusionem Fisci, à conjugibus, ei contingentem,  
tradunt ; tot. tit. ff. & l. un. C. unde vir & uxor. Item:  
*Novell. 53. cap. fin. Matrimonii quippe jura existima-*  
*bantur Fisco præponenda. L. ult. Cod. Theodos. de legi-*  
*tim. hæredib.*

§. 3. Socium liberalitatis Imperialis Fisco præferri, docet  
*L. un. C. si liberal. Imper. Soc. fin. hæred. deceff. idque*  
*præjudicio firmat Ambros. Schurer, de Success. Tit.*  
*17. lim. 2.*

§. 4. Collegia speciali privilegio munita, in successionibus,  
prærogativam præ Fisco obtainere, tradit *L. Collegium*  
*8. Cod. de hæred. instit. vid. Andr. Tiraquell. Tract. le*  
*mort sicut le vif. Part. 2. Declar. 15. n. 6. eaque sunt 1.)*  
*Collegium Decurionum, vid. l. 4. Cod. de hæred. Decur.*  
*Collegium Decurionibus Se-*  
*quæ tamen successio, quamvis cum Decurionibus Se-*  
*natores in civitatibus comparari soleant, abrogata est.*  
*Francisc. Barry, de Success. lib. 18. Tit. 5. n. 2.) Collegium*  
*militum, sub uno vexillo militantium ; L. 6. §. 7. vers.*  
*quam distinctionem, in fin. ff. de injust. rupt. & irrit. Islam.*  
*l. universis, 2. C. de hæred. Decur. 3.) Collegium Navi-*  
*culariorum, L. 1. C. de hæred. Decur. conf. L. 5. §. 6. ff.*  
*de jure immunit. L. 11. C. Theod. de Navic. L. 14. in fin. C.*  
*Theod. d. t. Perez. in Comm. ad C. d. t. n. 6. 4.) Collegi-*  
*um cohortalium ; l. 3. C. de hæred. Decur. confer. l. 26. C.*  
*Theod. de cohortal. l. 11. Cod. Justin. cod Barry, de Success.*

*lib. 18. Tit. 5. n. 7. 5.) Collegium Fabricensium, L. fin.  
C. de hæred. Decurion.*

- §. 5. Fisco, in Successione Clerici, nullum hæredem Testamentarium legitimumve relinquentis, præferri Ecclesiam, constat ex *L. si quis Presbyt. 20. C. de Episc. & Cler. Barry. d. tit. 5. n. 8. Brunnenmann. ad d. l. 20. Cod. de Episcop. & Cler. Schilt. ad Jus Canon. lib. i. Tit. 18. §. 17.*
- §. 6. In Successione Liberti, Patronum præcurrere Fisco, apparet ex §. 3. *Inst. de Success. Libertor. Ambros. Schurer. de Success. Tit. 17. lim. 6.*
- §. 7. Fiscum etiam non, nisi tunc demum, admitti, quando hæres institutus, à Judge admonitus, voluntatem defuncti intra annum implere, abnuit, & per hoc hæreditatem amittit; patet ex *Novel. 1. C. 1. quæ tamen Fiscum, hoc casu, iterum tam diu repellit, quamdiu adfunt 1.) Substitutus, 2.) Cohæres, 3.) Fideicommissarius universalis, 4.) Fideicommissarius particularis, & legatarius; 5.) Testamento manumissus; 6.) Hæres ab intestato alioqui successurus, 7.) Quilibet extraneus; Siverò ex his nemo cautionem præstare velit, de implenda voluntate Testatoris; octavo demum loco ad Fiscum devenitur. d. Nov. 1. c. 1. §. 1. vers. Inordinatum Auth. hoc amplius. C. de Fideicommiss. Brunnenmann, in Comment. ad d. Auth.*
- §. 8. Successionem Fisci pariter locum non invenire, nisi Testamentarii, legitimive hæredes, aut Legatarii, semet hæreditate, legatove reddiderint indignos, eluet ex tot. tit. ff. & C. de his, quæ, ut indignis, auferuntur.
- §. 9. Tandem etiam Fiscum succedere non valere, nisi hæreditas incapaci clām relieta sit; videre est ex *l. in frau-*

*fraudem, 10. ff. de his, quae ut indign. conf. Anton. Pe-  
rez, Comm. in Cod. d. l. n. 4. Henric. Zoes, Comment. ad  
ff. d. t. n. 7.*

### *Thes. II.*

**Q**uod tamen jure naturæ permisum sit prin-  
cipi : facultatem testandi , & succedendi,  
tam ex Testamento, quam ab intestato, & (ulti-  
mo casu) præprimis in gradibus collateralium  
remotioribus , restringere , imò adimere , &, per  
hoc , Fisco patentiorem viam, atque frequentio-  
rem occasionem ad successionem, pandere atque  
parare ; impræsentiarum ibimus démonstra-  
tum ; scripturi de Modo augendi Fiscum & po-  
testatem Principis ; per abrogationem successio-  
nis mere - Testamentaria & Legitima , quoad  
gradus collateralium remotiores .

§. 1. Discussioni verò hujus Thematis explicationem ali-  
orum , quos involvit terminorum, præmitti, nec-  
esse ducimus.

§. 2. Fiscus, a fiscis, seu fiscellis, id est , sportulis, in qui-  
bus pecunia Principibus offerri solebat, denominatus,  
(vid. Klock. Tr. de Ærario. lib. 1. cap. 2. num 9. Mynsing.  
in §. Res Fisci, n. 1. Inst. de usucap.) à nobis non sumitur  
pro loco, ubi vel pecunia , vel instrumenta ad Patrimo-  
nium Principis spectantia , deponi & custodiri solent ;  
quænamdmodum accipitur in L. un. C. de Vendition. rer.  
Fiscal. L. i. pr. verb. ex Fisco comparavit, ff. de Jur. Fisc.  
*L. Divus,*

*L. Divius*, 31. ff. eod. nec pro Administratore vel Advocato Fisci, prout capit in L. 7. 10. & 36 ff. de Jur. Fisc. sed pro Patrimonio & Ærario Principis, quatenus ei competit jus, per Administratorem suum, occupandi bona civium, successore destitutorum; uti accipitur in *l. omnium*, 16. Cod. Theod. de Jur. Fisc. & in rubr ff. & Cod. Justinian. d. t.

§. 3. Per Successionem *merè-testamentariam* intelligimus illam, quā hæredes ex Testamento existunt plane extranei, seu ii, qui ab intestato succedere non possunt; ut ita Successio *merè-testamentaria* sumatur in oppositione ad illam successionem *testamentariam*, quā hæredes existunt, qui alioquin etiam ab intestato erant successuri. Quo ultimo sensu Testamentum prodigi valere dicitur, si in eo bene consuluerit posteritati suæ, i. e. si disposuerit inter illos, qui alioquin ab intestato erant successuri, per Novell. Leon. 39, vid. Carpz. P. 3. C. 6. def. II. Sand. L. 4. Decis. Fisc. tit. I. def. 3.

§. 4. Reliquorum Thematis nostriterminorum explanationi, utpote pasim obviæ, non immoramus.

§. 5. Interim tamen paucis adhuc præmonendum ducimus: Quod Jure Fisci, seu: occupandi bona vacantia, polleant universim omnes illi, qui jure, seu Jurisdictione territoriali, gaudent. Peregrin. de Jur. Fisc., lib. I. Tit. 2. n. 76. Bocer. de Regalib. cap. 5. n. 45. ideoque idem jus speciatim etiam sibi vindicent civitates Municipales, quæ merum imperium, & alia Regalia, ex concessione Principis, habent, Bartol. in l. 2. n. 2 ff. de jur. Fisc. Gail. lib. 2. observ. 130. n. fin. Brunemann,

nemann, ad L. 1. Cod. de bon. vacant, in fin. Matth. Stephani, Comment. ad Nov. 118. n. 82. & Nobiles Imperii immediati; M. Steph. Jurisd. lib. 2. P. 1. c. 7. n. 16. Confer. Gerlac. Buxtorff. ad Aur. Bull. concl. s. lit. C. adde Schrader. de Feud. P. 10. Sect. 3. n. 152. Arnold Engel. brecht. de Jurisdict. conclus. 126. Andr. Reinking. de Regin. secul. & Ecclesiast. lib. I. class. 5. cap. 1. n. 64. & cap. 2. n. 53. Casp. Klock. de Ærar. lib. 2. cap. 136. n. 14. Ernest. Cothm. Vol. 2. conf. 55. n. 24 seqq.

§. 6. Unde porro fluit: quod, penes quem est Jus, seu potestas, bona vacanta sibi vindicandi, penes eum etiam sit arbitrium: hanc potestatem, per restrictio- nem Testamenti factionis, & successionis ex testa- mento, aut ab intestato, dilatandi.

## SECTIO I.

Exhibens *Consentanea*,

Scilicet causas & effectum abrogationis succes-  
sionum mere - Testamentiarum, & legitima-  
rum, quicad gradus collateralium  
remotiores.

*Tb. I.*

**N**Ec activa, nec passiva Testimenti factio, id  
est, nec facultas, seu potentia moralis:  
Testamentum condendi, nec facultas: aliquid  
ex Testamento sibi aut alii acquirendi, capien-  
B díve,

(10)

dive, (vid. §. 4. *Instit. de hered. qual. & differ.*)  
imò, nec facultas: ab intestato succedendi, sunt  
juris naturæ præceptivi, sed saltim permisivi,  
& idcirco mutationibus Principis arbitrariis, seu  
positivis, obnoxiae, ita, ut easdem adimere at-  
que abrogare possit.

§. 1. Quemadmodum Thesis hæc bimembris est, ejus-  
que prius membrum per modum principii, posterius  
vero instar principiati, seu consecutarii, se habet, ita  
utrumque, per rationes dubitandi ac decidendi, discu-  
tiendum venit.

§. 2. Nimirum: Quamvis alias 1.) Quilibet rerum sta-  
rum liber sit moderator & arbiter; L. 21. C. Mand.  
& 2.) Nihil tam conveniens sit naturali æquitati, quam:  
voluntatem Domini, rem suam in alium transferre  
volentis, ratam haberi, per §. 40. *Instit. de rer. divis.* &  
L. 9. §. 3. ff. de A.R.D. Nemini que 3.) invito res sua sit  
auferenda, §. 2. in fin. *Instit. de his, qui sui vel alieni, jur.*  
sunt; verbi: nec cuiquam, L. II. C. de contrah. Emt. Vend.  
Nec 4.) res nostra, sine factio nostro, ad alium trans-  
ire possit; per L. 11. ff. de R. J. & propterea injustum  
videatur: alicui potestatem: de re suâ liberè dispo-  
nendi, eive invito rem suam, per abrogationem suc-  
cessionis mierè - testamentariae, adimere velle; præ-  
tereaque 5.) juxta L. ult. §. 3. ff. de bon. damnat, in-  
terfuit Reipublicæ: abundare hominibus, & imperium  
hominum adjectione potius ampliari, quam pecunia-  
rum copiæ; atque ita augmento Fisci non aequè, ac  
hominum aggregationi, inhiandum esse, censeri pos-  
fit;

sit ; immo ; quamvis 6.) per tenorem Novelle 134. cap.  
 ult. in fin. & Auth. bona damnator. C. de bon. damnator. Imperatori Justiniano potius restringenda quam  
 amplianda , visa fuerit bonorum confisatio ; quando ille in d. Novell. sequentia definivit : *Sancinus* :  
 eos , qui in criminibus accusantur , in quibus leges mor-  
 tem aut proscriptio nem definiunt ; Si convincantur ,  
 aut condemnentur , eorum substantias non fieri lucrum  
 judicibus , aut eorum officiis , sed neque , secundum  
 veteres leges , Fisco eas applicari : sed siquidem ha-  
 beant descendentes & Ascendentes (& cognatos ex la-  
 tere juxta d. Auth. ) usque ad tertium gradum , eos ha-  
 bere . Utut porro 7.) libera testamenti factio , seu li-  
 bertas testandi , non debeat impediri , nec tolli , per  
 L. habeat I. in fin. C. de SS. Eccles. l. 41. ubi Bartol.  
 in pr. ff. de V. O. l. 5 ff. quemadmodum testamenta ape-  
 riantur. Novell. 22. c. 2. l. 52. §. 9. ff. prosoc. & L. 15. C. de  
 paet. & quidem nec singulari principis privilegio ;  
 L. 43. pr. vers. Etenim in iugum ff. de vulg. & pup. sub-  
 stit vid. Carpz. P. 3. Conf. 7. def. 4. n. 2. adeo ut 8.) et  
 iam statuta , quæ liberam rerum nostrarum alie-  
 nationem & dispositionem de iis , atque , per  
 hoc , testamenti factio nem , prohibent & tollunt , &  
 v. g. in ejus locum pacta successoria introducunt ,  
 sint invalida , l. fin. Cod. de reb alien. non alienand. cum  
 hæreditas non pactis , sed testamento detur. L. hæ-  
 reditas , s. C. de paet. convent. & l. licet. 19. C. de paet.  
 Gail. lib. 2. Obseru. 125. n. 4. Carpz. d. l scilicet P. 3.  
 conf. 7. def. 4. n. 2. & propterea 9.) Statuta , quæ vo-  
 lunt : Quod conjugatae mulieres , absque consensu  
 maritorum , testari non possint , vix valere statuat

**M**anz. de testam. valid. & invalid. tit. 2. quæst. I. n. 9.  
Imo , licet 10.) Nihil sit , quod , juxta supra alleg.  
*L. 1.C. de SS. Eccles.* magis hominibus debeatur : quamvis  
ut supremæ voluntatis liber sit Stylus , &c. atque ex  
hōc textu Hoppius ad pr. *Inst. de Testam. ordin.* p. m.  
355. probare velit : quod recta ratio hoc dicitur , ut  
sancta & illibata sit morientium voluntas. Et quamvis  
denique 11.) Id , quod in alicuius favorem est intro-  
ductum , in ejus detrimentum non beat detorque-  
ri ; per *L. quod favore. 6.C. de LL. L 25. ff. eod. l. plu-*  
*res . 18.C. de fide Instrum.* atque propterea testan-  
di licentia , in favorem subditorum introducta , iis  
adimi non posse videatur. Hæc tamen omnia fir-  
miter non evincunt : *Quod princeps facultatem te-*  
*standi , & ex Testamento , aut ab intestato , succeden-*  
*ti , restringere , imo penitus abrogare nequeat.*

**§. 3.** Hic enim 1.) sicuti caput reipublicæ est , & de mem-  
brorum commodis sollicitus esse debet ; ita idem pro  
necessitatibus patriæ supportandis , & hōc commo-  
do gaudere debet , ut civium demortuorum bona ad  
eum non tantummodo certis casibus devolvantur  
sed ipsi etiam liberum sit : *Jus Fisci sui , vi Dominii*  
*Eminentis , extendere , quoisque velit. vid. Oli-*  
*ver. Textor. de success. ab intest. n. 121.* Prætereaque  
2.) libera testandi facultas à Jure naturæ non præci-  
pit tanquam relinquenda subditis , nec ejus ademtio  
principi per illud interdicitur ; & sic , eodem jure ,  
tantummodo permittitur , ut testamenta condere ,  
nobisque invicem ab intestato succedere possimus ;  
ut ita *Testamenti factio juris quidem Gentium , sed*  
*fal-*

saltim *positivi*, sit. Quandoquidem (*a*) divino *Hebraorum Jure*, successio in bona, saltim immobilia, videtur solùm fuisse *καὶ τέρος*, seu legitima, nec ullus *Testamentorum usus*. *Num.* 27. v. 8. 9. 10. add. *Mos.* *Maymonid.* *Doctor perplex.* *quest* 3. c. 42. nisi quod forte inter ipsos, qui alias lege succedebant, aliqua ultimâ voluntate, divisa fuerit hæreditas: *Deuter.* 21. v. 16. *Sir.* 33. v. 24. vid. *Selden. de Successione in bona defunditorum, ad Leges Hebraeorum*, c. 24. (*b*) Apud *Grecos*, Athenis, ante Solonem, *Testamenta* non fuisse condita, ex *Plutarcho* constat. (*c*) *Antiquos Germanos* nulla *Testamenta* condidisse, tradit *Tacitus. lib. de morib. Germanor.* Et *Hub. Giph. Comm. in lib. 5. Aristot.* c. 8. scribit: *Olim apud plerasque gentes, nullum fuisse Testamentorum usum.* Unde *Struvius S. I. C. Exerc. 32. th. 3.* ita concludit: *Licet verò sit juris gentium Testamentum; potest tamen per legem positivam prohiberi, ita, ut legislator non ferat usum Testamentorum in Republicā, si existinet: magis proficuum esse Republica.* *Juris enim gentium principia non continent ejusmodi precepta, quorum contrarium sit in honestum; quemadmodum Juris Naturae.* vid. *Idem, Exerc. 1. thes. 58.* cum quo consentiunt & alii Ddres, allegati à *Strykio, in Tr. de S. A. I. Diff.* 8. c. 13. §. 7. §. 8. in summario scilicet marginali, d. §. 7. ita scribente: *Facultas testandi iure naturae auferri potest; in ipsis vero his citatis sequentia tradente: Ceterum ad Ius naturae hæc facultas mutandi, sive libertas revocandi testamenti, non pertinet, nec eo jure præcipitur; cui minimè adversatur, ut quis facultatem testandi sibi propria voluntate tollat.* *Did. Covarruv. de Test.*

secund. part. Rubr. n. 5. 6. & 15. Hart. Pistor. P. 4.  
q.v. 2 n. 27. ibique cit. Unde & ingressus Monasterii, ar-  
rogatio, venditio sui ipsius, &c. de jure permittitur, que  
omnia tamen testandi facultatem admunt. Carpz. Disp.  
de confrat. Sax. Hassl. th. 46. n. 114. seq. - - - Imo, non  
tantum se ipsum quis facultate testandi privare valet,  
sed & alia libera testamentis factio, tam factio hominis;  
vid L. 74. pr. ad Sc. Treb. Arn. de Reyer. Thesaur.  
Jur. Voc. Testamentum. n. 168. Col. 1416. & Col.  
1422. ibique allegati: quam factio legis, impediri, ac  
**IN TOTUM TOLLI** potest. Bald. in l. cum Arte-  
midoram, 4. C. ut in poss. leg. col. ult. & in l. de qui-  
bus, 32. ff. de LL. col. 2. Decis in l. pactum quod  
dotali, 15. C. de pact. Did. Covarruv de Testam. p.  
2. rubr. n. 6. Arn. de Reyer. d. l. Voc. Testamen-  
tum. n. 267. Ex his, que haecenus diximus, & illud  
apparet, nec illam rationem, quod sit contra bonos  
mores, libertatem testandi constringere, de Jure  
Naturae procedere. Arn. Vinn. Tr. de Paet. cap. 19. §. 3.  
ac per bonos mores hic non naturales, seu canonicos, sed  
civiles saltem populi Romani intelligendos esse; supra  
cap. præc. §. 33. monimius: quod & præter Dd. ibi al-  
legatos recte affirnat Georg. Natt. in cap. quamvis. num.  
101. Hartm. Pistor. P. 4. quæst. 2. n. 27. Andr. Kohl. de  
pact. dot. p. 2. n. 70. &c. &c. Quamvis igitur Jus  
naturæ, & gentium primævum, semper firmum  
atque immutabile permaneat; §. 1. Inst. de J. N. G.  
& C. atque ad Jus gentium facultatem testandi spe-  
ctare, dictum sit; Id ipsum tamen: quod scil. Jus  
Naturale sit immutabile, (d) intelligendum est de  
Jure

Jure naturali & gentium propriè sic dicto , seu :  
 praeceptivo , quod scilicet recta ratio iura simpliciter dicitur , ut actum contrarium injustum & illatum aestimet : non vero de jure naturali improprietali , seu : permisivo , quod natura consideratis primis humani generis initii , seu Statu naturali , cuivis concessit , iura tamen , ut libertati humanae relinqueret , eo jure utri vel non ; quorum spectant : libertas , aequalitas inter omnes homines , §. 1. ibi : *naturalis facultas* , & §. 2. ibi : *contranaturam* ; *Inst. de jure personar.* ; iura venandi , aucupandi , pescandi , inventiones , alia que ab Imperat. intit. *Inst. de R. D.* tradita ; item concubinatus. L. 3. §. 1. ff. de concubin. &c. per modum deducta : facultas testandi , succedendique. Permissivum itaque Jus naturae , mutationi obnoxium esse , res ipsa docet , exaudiendaque de eo L. 6. ff. de J. & J. Et ex hoc ipso jam pronissime consequitur : Facultatem testandi , & succedendi , à Principe posse averruncari. Hinc etiam evenit : quod (e)jam jam Romanorum antiquis temporibus & LL. bus valde restricta , & angustis admodum cancellis circumscripta fuerit testandilibertas. Struv. *Exerc. 32. d. th. 3. in fin.* Nimirum : Dedititorum numero qui erant , hæredes institui non poterant , quia peregrini erant. Ulpian. in *Fragm. tit. 22. §. 2.* nec Latini , propter obstantem L. Juniam ; §. 3. nec Cælibes , ut ut cives Romani , ob politicas rationes , ex Testamentis quid capere poterant. d. l. Sic conjuges nihil inter se capiebant , si contra L. Julianam , Papiamque Pompæam , matrimonium contraxisserent . v. g. si famosam quis uxorem , aut Senator libertinam , duxisset. Et , qui intra sexagesimum,

sumum, vel, quæ intra quinquefimum ætatis annum neutrilegi, neque nuptias celebrando, neque sobolem procreando, paruisse, licet ipsis legibus, post hanc ætatem, liberatus liberatave esset; Ex SCto tamen Perniciano perpetuis pœnis tenebatur, eodem Ulpiano Autore, in *Fragm. Tit.* 16. §. 2. ubi plures incapaci species. Add. Petr. Gregor. Tholosan. *Syntagn. Jur. univers.* L. 42. c. 29. n. 5. Quemadmodum etiam olim cognati ad sextum, agnati vero, ad decimum tantummodo gradum, successere, per §. ult. *Inst. de Success. Cogn.* quod tamen mutatum Jure Novissimo, per *Novellam* 118. cap. 3. *infim.* ubi, sine restrictione, gradus collaterales ad successiōrem vocantur. Henric. Bocer. *de Regal.* cap. 3. n. 30. Barry de Succ. lib. 18. tit. 3. Struv. *Exerc.* 38. th. 35. Notum insuper est: (f) quod licentia testandi, de jure civili, se non extendat activè ad filium familias, nec ad hominem sui Juris, qui impubes, aut se arrogandum permittit, aut personæ non extraneæ semet in adoptionem dat, nec ad prodigum, nec eum, qui surdus & mutus simul, pr. §. 1. 2. & 3. *Inst. quibus non est permis. fac. test.* nec ad servum, §. 5. *Inst. d. t. & l.* 16 ff. *qui testam. fac. poss.* nec ad peregrinos, l. i. §. 2 ff. *de legat.* 3. vid. auth. omnes peregrini, C. *commun de Succ.* ibique Brunnemann. n. 6. nec ad eos, qui ad mortem condemnati; l. 8. §. I. & ult. ff. *qui testam. fac. poss.* nec *pasrovè* ad deportatos, l. i. C. *de hered.* *instit.* nec ad Apostaras & haereticos, l. 3 C. *de Apostat.* l. 4 C. *de haeret.* nec ad eos, qui incestis nuptriis se polluerunt, quive ex iis sunt nati; L. 6 C. *de incest. nupt.* nec ad Collegia illicita; L. *Collegium.* C. *de hered.* *instit.* quæ sci-  
licet

licet specialiter non approbata. L. 3. §. 1. ff. de Colleg. & corp. &c. Quin imo (g) absolutam istam testandi licentiam, ad accuratiorem æquitatis normam, legum positivarum moderamine, explicare, & ad tempora atque rationes domesticas nonnunquam reducere, jubet & permittit unius cuiusque Reipublicæ status, arg. L. 6. ff. de Just. & Jur. Eichel. Comment. ad Reg. Jur. C. 7. n. 39. Conring. in Proœm. ad Tac. Quem in modum (h) per locorum Statuta multa hodie res patrimoniales, seu hæreditariæ, Erbgüther / sine consensu hæredum, seu cognatorum proximiorum, alienari non possunt. Vid. Hamburgisches Stadt-Recht Part. 2. Tit. 1. Art. 12. ibi: Und gibt seinen nächsten Erben etc. Lüneburgisches Stadt-Recht. Tit. von Erb- und Stamm-Gütern; quod refertur in Resp. Acad. Altorff. Resp. 55. §. In grösseres Ansehen. Add. Cothm. Vol. 1. Resp. 40. & Vol. 3. Resp. II. 12. 44. &c.

§. 4. Ex firmis hisce decidendi rationibus facili negotio jam dilui possunt rationes dubitandi, seu objectiones. §. 2. hujus Thes. propositæ. Videlicet ad 1.) respondeatur: (a) Hoc ipsum: quod quilibet rerum suarum liber sit moderator & arbiter; est, intuitu Principis, ejusque Fisci, saltim juris naturæ permisivi, adeoque mutabilis, non verò præceptivi seu immutabilis; cùm alias minquam aliquis v. g. cogi posset: ut rem suam venderet; ad quod tamen eum, qui re suâ male utitur, adigi posse, manifestum est ex §. 2. Inß. de his, qui sui vel alieni juris sunt. (b) Restrictum omnino, & non absolum, est illud arbitrium atque moderamen Dominorum,

rum , circa res suas , ita , ut , quoties urgens  
 adeſt neceſſitas , vel utilitas publica , toties illud in  
 coactionem flectatur , & abeat. arg. L. i. §. n. ff. de  
 offic. praefect. urb. cūm æqvum sit, ut jus privatorum  
 totius populi commodo cedat. Et quoniam præ-  
 terea (3) ex ante deductis certum est : Facultatem  
 testandi , id est arbitrium , de rebus suis, mortis cau-  
 sâ , & v. g. per testamentum , disponendi , esse ju-  
 ris naturæ tantum permitti ; adeoque à Principe  
 adimi posse ; inde evidens est : obſtantem illum ca-  
 nonem de adib⁹ tantum inter vivos concipiendum,  
 & tamen ab eo etiam casus publicæ utilitatis & ne-  
 cessitatis , uti dictum , excipiendoſ eſſe. Quibus  
 iſpis enodationibus ſimul ſatisfactum eſt 2dæ ) ra-  
 tioni dubitandi , utpote hunc in modum limitandæ :  
*Nihil tām convemens eſt aequitati naturali , quām : vo-*  
*luntatem Domini , rem ſuam , per actum inter vivos ,*  
*in alium transferre volentis , ratam haberi.* Ex quo  
 porro , quoad 3 ) fluit : quod ei nihil auferatur , tan-  
 quam invito , cuius bona , poſt mortem , à Fisco  
 occupantur. Morte enim , ticuti velle , ita & nol-  
 le , ac inviti eſſe desinimus. L. 4. ff. locati. L. 4. ff. de adi-  
 mend. & transferend. Legat. l. i. C. de SS. Eccles. ibi :  
 poſquam jam aliud velle non poſſunt. c. 5. de Reſcript.  
 in 6. Ad 4.) repetitur limitatio ſecundæ objectioni  
 applicata : *Quod ſcilicet res noſtra , ſine fact⁹ noſtro ,*  
 inter vivos , *ad alium tranſire nequeat , bene tamen*  
 poſt mortem ; cūm alias (nimirum , ſi nec poſt mor-  
 tem res noſtrarū ſine facto noſtro , in alium tranſire poſ-  
 ſet ) per eandem antithēſin etiam ſucessio ab intestato ,  
 ſeu

seu legitima, excluderetur. Siquidem etiam per hanc, finita & tō nostro, aliquid ad aliū transfertur ; Imo, stante absolutā universalitate istius Axiomatis, Fiscus nullo plane casu ab intestato succedere posset. Quod tamen iterum Juri Civili, & omnium Ddruim opinioni, adversatur. Ad 5tūm ) respondemus : distingven-  
do inter abundantiam hominū, *qua pecuniarum co-*  
*piam excedit*, nec ei respondet ; seu : cū hæc non  
est sufficiens ; & inter abundantiam hominū, quæ  
pecuniarum copiam *non excedit*, sed ei respondet,  
& cui hæc est sufficiens, aut, quā uberior est illa ; Et sic  
vera est assertio opposita, *posteriori sensu*, videlicet  
si illam hunc in modum limitemus : Interest Reipu-  
blicæ, *abundare hominibus*, & imperium hominū  
adjectione potius, ampliari, quam pecuniarum co-  
piā ; quando scilicet *hominum copia non excedit pe-*  
*cuniarum copiam*, sed ei respondet ; seu : quando  
pecuniarum copia sufficiens est abundantia hominū,  
aut isthac uberior. *Falsa* autem evadit  
eadem antithesis, *priori sensu*, seu : Si prius distin-  
ctionis membrum ei accommodetur, atque ita di-  
catur : *Interest republicæ, abundare hominibus*, &  
imperium, hominū adjectione potius, ampliari,  
quam pecuniarum copiā, eo etiam casu, quando  
abundantia hominū, pecuniarum copiam exce-  
dit, nec ei respondet, seu : quando pecuniarum  
copia etiam sufficiens non est abundantia hominū ;  
*Falsa*, inquam, est objectio quinta, sub hac limitatione ;  
cum ei ita directo oblet alius canon Juris naturæ,  
videlicet hic : *Potius interest Republicæ, ne ex festi-*  
natis

natis nuptiis, & hominum nimia abundantia, cui pecuniarum copia non respondet, nec sufficit, egestas intraducatur in Rempubl. VIG. HOPP. u. PR. IN P. d. Nupt. US.  
 hoc. p. m. 70. Quin re penitus inspecta, in allegatae legis ultimæ Sp̄ho 3. f. de bon. damnat. nequidem dicitur: *Quod interit Republicæ: potius hominibus, quam pecuniis, abundare*; sed ibi saltim recitantur verba alicujus Rescripti *Divi Hadriani*, decernentis: *Ampliari --- malum.* Unde elucescit: non ductu, aut ex præcepto, luminis naturæ, sed ex merito beneplacito atque arbitrio, Imperatorem Hadrianum *maluisse*, ut amplietur imperium, hominum adjectione potius, quam pecuniarum copiæ; præsertim, si consideremus illa mala, quæ nimiam hominum abundantiam in Republicâ consequuntur, & propter quæ sanius concluditur: *Magnus damnosum esse Republicæ: abundare hominibus, quam pecuniarum copiæ;* quatenus scilicet nimia hominum multiplicatio est causa (<sup>a</sup>) caritatis annonæ, (<sup>b</sup>) bellorum ac Rebellionum, (<sup>c</sup>) quod plurimi non possint assequi subsistentiam per honores & officia; & quatenus (<sup>d</sup>) per eam inducitur pecuniarum nimia distributio & dispersio, & sic earundum defectus, eo casu, quo illæ sunt necessarius bellorum gerendorum nervus, quando v. g. ob eandem, nimiam scilicet hominum abundantiam, purgandum venit imperium à plebe nimia, quæ causa esse possit caritatis annonæ, & tumultus; quandoquidem, in excessiva incolarum multitudine, nemo commodè vivere potest, & inde plebs facile occasionem quærere

rere solet ad tumultus movendos. Imò, si (e) abund-  
dantia nimia hominum semper prodeßet Reipubli-  
cæ, sequeretur: quod ea etiam prodeßet tempore  
belli; quando scilicet hostibus hybernantibus terri-  
torium abundat; quod tamen inconveniens. Va-  
cillat itaque universalitas adversantis axiomatis 5ti.  
Ex 6ta) ratione dubitandi Sententia nostra potius  
firmatur, quam labefactatur; cum exinde appare-  
at: quod, quam facilitate & licentia Imperatores, an-  
te Justinianum, extenderunt Jus Fisci: occupandi  
damnatorum bona; eadem voluntate positiva & li-  
berrimā Justinianus per Nov. 134. cap. ult. ad id tempus,  
quo imperii Sceptra tulit, idem Jus coarctare, com-  
pos fuerit; ut tamen, nec per hanc Novellam, Prin-  
cipium, qui post ipsum vixerunt & vivunt, pote-  
ntias: iterum ampliandi successionem Fisci, tolli atque  
adimi potuerit. 7ma) 8va) 9na) & Ioma) rationes  
dubitandi elisa jam jam sunt per ea, quae in ratio-  
nibus decidendi sub c) d) e) f) g) & h) tradita sunt;  
nimurum: quod libera testamenti factio non sit præ-  
ceptivi, sed saltim permissivi juris naturæ; & pro-  
pterea illa ipsa tam hominis propriâ, quam legis vo-  
luntate, impediri ac, IN TOTUM TOLLI possit;  
quodque per bonos mores (quibus pa&ta successoria  
adversari, & ideo illa, in locum Testamenti factio-  
nis, per Statuta introduci non posse dicuntur, ac  
ita libertatem testandi per ejusmodi pacta & Statuta  
non validè constringi, reputatur) non naturales, sed  
civiles saltim populi Romani, intelligendi sint; eâ-  
que de causâ hodie Statutis, ex quibus jam jam ali-

C 3

qua

qua superius nominata sunt, hinc inde contrarium inveniatur receptum, libertasque testandi per illa etiam validè impediatur. Ex quibus insuper manifestum redditur: Regulas illas: *libera testamenti factio non debet impediri: Nihil est, quod magis hominibus debetur, quam, ut supremæ voluntatis liber sit Stylus; non absolute, seu simpliciter: sed saltim hypotheticè, esse veras; Supposito scilicet; quod facultas testandi, quæ jure naturæ permissa est, jure positivo Civili recepta sit.* Tunc nimurum libertas testandi, tantummodo ex dispositione *Juris civilis*, debetur hominibus, tanquam non impedienda; non itaque simul ex præcepto juris naturæ. Hinc etiam Covarruv. de *Testam. Part. 3, Rubric. n. 76.* & Sichard. ad *Rubric. Cod. qui Testam. fac. poss. n. 2.* statuunt: *Testamenti factiōnem adeo favorablem esse, ut illa ubique locorum pro licitā reputetur, ubi ea non expreſſe prohibita deprehenditur;* vid. Stryk: *Zr. de S. A. I. dissert. 1. c. 4. §. 26. p. m. 129. fin.* Falsissimum itaque est: rectam rationem, per modum præcepti juris naturæ, dictare, ut sancta & illibata sit morientium voluntas. Ultima denique, seu *ii. ma*) ratio dubitandi, æque minus, ac anteriores, ad præsentem quæſtionis Statum accommodari potest. Quandoquidem Regula illa: *Quod in alicuius favorem est introductum, & constitutum, illud in ejus odium detorqueri non debet;* tantummodo interpretationem legum positivarum, in alterius odium, & illarum detorsionem, in alienum, seu incongruum, sensum factam; non vero earundum abrogatō-

nem,

nem , illicitam dicit , sive prohibet , atque denegat .  
Exempla vid . ap . Hopp . ad pr . § . 2 . Inst . de Auto-  
rit . Tut . p . m . 169 . & 174 .

## Thes . II .

Principi ergo liberum est : omnem successio-  
nem , tam ex Testamento , quam ab inte-  
stato , imo , quoad ipsam portionem legitimam  
( Pflicht - Theil ) determinatè spectatam , penitus  
prohibere atque abrogare .

§ . 1 . Jure enim naturæ sicuti non præcipiuntur , sed  
saltim permittuntur : Testamenti factio , atque Suc-  
cessio ex Testamento , aut ab intestato ; ita etiam  
eadem , quoad omnes casus , a principe tolli atque  
eliminari possunt ; per antecedenter dicta ac de-  
ducta .

§ . 2 . Et quamvis alias , in portione legitimâ , liberi jus  
quæsitum habere dicantur ; vid . Hopp . ad § . ult . Inst .  
de Nupt . p . m . 105 . Us . hod . quale alias nec a Principe  
auferri potest . vid . L . nec avus , 4 . C . de emanc . liber .  
Illud tamen : quod scilicet liberi habeant jus quæsi-  
tum in legitimâ , de jure civili determinata , verum  
est tantummodo de jure civiliter - quæsto ; Hoc vero :  
quod nimis liberis auferri nequeat jus quæsitum ,  
in legitimâ ipsis competens , verum saltim est , de  
legitimâ portione indeterminatè - spectatâ , seu , pro  
alimentis de Jure naturæ debitis , acceptâ ; non vero  
de ea , quæ de Jure Civili ad trientem aut quadran-  
tem est determinata . Hujus enim determinatio sicuti  
depen-

dependet à jure merè-voluntario & mutabili , ita & ipsamet , sub hâc ratione considerata (prout nimirum est ad quantitatem certam redacta) Principis mutationi exposita est , in tantum, ut ille auferre possit jus in eā quæsitum ; cùm sit, ut diximus, tantummodo quæsitum civiliter , seu , de jure Civili. Civiliter autem quæsitum jus , princeps auferre , & contrariâ voluntate, ut illud quæsitum non sit, disponere potest. vid. Grot. de J. B. & P. L. 2. c. 20. n. 24. conf. Petr. Ant. de Petra, de Jure quæsit. per Princip. non toll. Hopp. ad §. 6. Inſt. de J. N. G. & C. p. m. 37.

§. 3. Inde est: quôd milites , licet jure communi testentur, liberis adimere possint legitimam, eamque iis non teneantur relinquere. l. 9. §. 24. C. de in officioſo Testamento. Quandoquidem privilegia militibus indulta , per Nov. 115. non sunt mutata. Hoc ipsum verò privilegium : adimendi nimirum liberis legitimam , concedi non potuisse militibus, si illa absolute esset juris naturæ, utpote immutabilis. Interest ergò: utrum spectetur legitima indefinite & materialiter, tanquam aliqua portio bonorum, an vero determinata, & formaliter, tanquam quarta vel tertia pars bonorum, aut portionis ab intestato debita; priori modo est juris naturæ, rationem scilicet alimentorum habens ; posteriori vero modo , est Juris Civilis. Unde: quamvis militi competat privilegium & facultas auferendi legitimam, quatenus hæc est Juris civilis, scilicet definita, tamen ei non competit facultas adimendi legitimam , quatenus est juris naturæ, seu indefinita & indeterminata, & alimenta continens. Ex quibus similevidens est: quod

quod, quando statuto mutari quidem, sed tolli non posse dicitur, legitima; vid. Gail. 2. obs. 122. Mynsing. C. 5. O. 43. Carpz. P. 3. c. 12. D. 1. & 5. hoc ipsum iterum capiendum sit de eâ, quatenus *alimenta* continet; Aliás nil obstat, quò minus, quod *in milite* juris est, etiam *in aliis*, per statutum, induci possit. Et ita intelligendum Starutum in Ducatu Silesiæ, *Schvidnicensi* & *Taverensi*, ubi pater, pro lubitu, & sine causâ, liberis legitimam adimere potest; teste Schickfus, *in Chron. Sileſ.* L. 3. c. 26. pr. Quanto magis itaque ejusmodi potestas in privatum, scilicet patrem, transferri aperte, Principi convenientis est? vid. Stryck. *Uſ. mod. f. tit. de inoff. Test. §. 17.* & *in Annotat. in Lauterb. Comp. d. t. p. m. 205. notā: materialiter; & notā: Statuto.*

### Theſ. III.

**C**onsultius tamen est: si Princeps hanc suam potestatem: abrogandi omnem successiōnem hæreditariam, refrenet, atque saltim ad successionem merè-testamentariam, & legitimam, in gradibus Collateralium remotis, extendat.

§. 1. Principem enim de *benevolentia* & *amore* subditorum, tanquam ejus arce munitissimâ, magis, quam de ullo alio praesidio, laborare; ideoque omnia illa, qua amicos eorum ab ipsomet avertire possunt, seponere atque evitare decet. vid. Wendelin. *Institut. Politic. lib. II. Cap. IX th. V.* At verò, præ cæteris, hoc ægrè ferunt subditi, si licentia & potestas aliqua, jam dudum inveterata, ipsis plane adimatur, atque talis conservatio

D

tudo omnino tollatur, quæ per plura secula inva-  
luit. Hinc etiam inter causas eversionum Rerum-  
publicarum refertur, legum morumque receptorum ma-  
gna immutatio; &c., ex adverso, remediis eversionum  
accensetur; hujusmodi immutationis evitatio. Vide  
Schönborner, *Politic. lib. VII. cap. 27.* de Remed. ever-  
sion. ibi: *in legibus moribusque receptis nihil immutetur.*  
Confusionem quippe introducere interdum solet le-  
gum mutatio. Idem, *lib. II. Politic. cap. IX. de mutat. &*  
*abrogat. legum.* & Wendelin, *lib. II. Inst. Polt. Cap. XI.*  
*Thef. XIII.*

§. 2. Prætereaque mediocritatis, in occupationibus  
Fiscalibus, summa ratio habenda est. Videmus enim  
multos Principes, pecuniis acerbè conquirendis, plus  
invidiæ sibi, quam virium, addidisse. Tacit. *3. Histor.*  
& plebem pacem exuisse, principum magis avaritiâ,  
quam obsequii impatientiâ. *Id. 4 ann.* vid. Schönbor-  
ner, *lib. IV. Polit. cap. XXI.* Quò faciunt *Marcus Impera-*  
*toris, jam morituri, ad suos, verba:* *Neque pecuniæ vis*  
*Tyrannidis luxuriam explore, aut stipantia Satellitum ag-*  
*mina tueri principem possunt: nisi illi ipsi, quos regas, ani-*  
*mum imperanti, benevolentiamque accommodent.* &c.  
Et firmissimum id imperium, *inquit Livius,* quô obe-  
dientes gaudent. vid. Wendelin, *Inst. Polit. lib. II. cap.*  
*XI. Th. V. explic. §. 1.*

§. 3. Quâ de causâ, in Republicâ Romanâ, cum Sum-  
ma rei ad unum deveniret, & status Monarchicus e-  
vaderet, atque per eum jus condendi leges Impera-  
toribus concederetur, *L. 2. §. 11. ff. de O. J.* hi ipso hōc  
suo jure moderatius fuere usi, ne statim, in principio  
Regi.

Regiminis , odium populi in se converterent; hinc  
haud raro Senatum consulebant in ferendā lege, an  
ratum haberet , & de plerisque rebus ad Senatum  
referebant , uti patet ex 1.8. pr. ff. de Transact. quan-  
quam omnia , ex præscripto & nutu Imperatorum,  
à Senatu decernerentur. *Struv. Exercit. 1. th. 64.* Licet  
itaque , primis illis Imperatorum temporibus, adhuc  
jurium quorundam exercitium videretur Populo re-  
lictum, hoc tamen precariò quasi , & ex merâ Im-  
peratorum conniventia , contingebat, ne Patres , re-  
tentâ umbrâ , potestatem ademtam dolentiū fer-  
rent. *Sutholt. Disp. 1. de Jurisd. §. 72.*

§. 4. Atque, intuitu ejusdem causæ *Jure Saxonico* , per  
*Jus Provinc. Saxon. lib. 1. art. 3.* collaterales non pe-  
nitus excluduntur , sed tantummodo ultra *septimum*  
*gradum* non succedunt , seu : eorundem successio  
hoc gradu finitur ; cum tamen Jure Civili *in infinitum*  
illa obtineat. *Nov. us. c. 3.* *Quamvis etiam in fo-*  
*ris Saxonici Fiscus non admittatur , quamdiu col-*  
*laterales adsunt , cujuscunque gradus. vid. Georg.*  
*Schultz. in Synops. Instit. L. 3. Disp. XI. cap. 1. lit. L. n.*  
*5. 10. & 15. p. m 626.* Interim tamen *Jure Lubecensi*. Fi-  
scum post *decimum gradum* admitti , contendit Mev.  
ad *Jus Lubec. P. 2. Tit. 2. art. 1. num. pen.* Pariter *Ge-*  
*dani* Magistratus admittitur , si defunctus nullos le-  
gitimos Successores, ad *octavum usque gradum*, com-  
putando juxta arborem civilem , reliquerit ; prout  
constat ex Privil. à *D. Joanne Casimiro, d. 30. April. Anno*  
*1660.* huic Civitati concesslo.

§. 5. Ex quibus omnibus patet : causas abrogationis

Successionum esse : *Dominium Principis eminens, & Permissivum Jus naturae.*

§. 6. Illud nimirum proxime , hoc verò remotæ causæ rationem obtinet.

§. 7. Perque Dominium eminens intelligimus Potestatēm Principis & Reipublicæ, *in casibus necessitatis*, mediante exercitio quorumvis iurium Majestaticorum , sese exercentem. Vid. Beermann, *Politic. Parallel. Dissertat. XXI. Th. 3. § 4.*

#### *Th. IV.*

**E**ffectus verò istius abrogationis sunt : Aug-  
mentum Fisci & Potestatis Principis.

§. 1. Quodsi enim Princeps 1.) iis , qui nullum hæredem legitimū relinqunt , facultatem : Testamenta condendi , adimat , ejusque Fiscus , horum bona , post mortem ipsorummet , sibi vindicet ; p̄t̄ereaque 2.) hujus modi Lex , Successionem tollens , ad minimum remotiores eorum , qui ab intestato decedunt , agnatos collaterales , v. g. eos , qui sunt in quinto & reliquis gradibus , computationis civilis , à relictis hæreditatibus repellat , & Fisco easdem adjudicet ; non potest non , ex tot hæreditatum futurâ occupatione , Fiscus atque potestas Principis incrementum capere.

§. 2. Opes enim sunt imperii nervi ; quandoquidem  
*Aurum per medios ire satellites*  
*Et perrumpere amat saxa potentius*  
*Illi fulmineo.* Horat, 2. od. 16.

#### SECTIO

## SECTIO SECUNDA,

(29)  
Lustrans Dissentanea , seu modos , quibus abrogationi Successionum merē - Testamentiarum , & legitimarum , quoad gradus collateralium remotores , fraus fieri , isthuc tamen occurrri possit.

Th. I.

**Q**uemadmodum non sufficit : dare consilium , ad rem aliquam obtinendam , si illud effectu suo facile destitui possit ; seu : nisi idem simul aliis consiliis stipetur , ostendentibus : quō pactō causæ , eventum consilii forte interversuræ , sint avertendæ ; Ita nec sufficere videbatur : Principi dare consilium : abrogandi merē - Testamentariam & legitimam collateralium remotiorum successionem , ad consequendum Fisci & potestatis incrementum : nisi obstacula , quibus executio ejusmodi legis prohibitivæ impediri , & media , quibus causæ , scopum hujus abrogationis forte remoraturæ , infringi queant , simul indicentur ; quō præcaveri possit : ne abroganti edicto fraudefiat . Quapropter tam fraudem hujusmodi legis investigare , quam remedia ei contraria manifestare , partium jam erit nostrarum .

D 3

§.I.Ex

§. I. Ex metuendis obstaculis *primum* occurunt *ad-  
optio*, *arrogatio*, & *successio conventionalis*. Quodsi  
enim Princeps tantummodo abroget successionem  
*merè-Testamentariam*, & collateralium remotiorum  
*legitimam*; profecto subditi, in fraudem hujus abro-  
gationis, arripere adoptionem, arrogationem & suc-  
cessionem *conventionalem*, seu pacta successoria, ho-  
rumque omnium vigore, *tum* eos, qui planè  
sunt extranei, ipsisque non cognati, & alias unicè  
per Testamentum iisdem succedere valerent; *tum*  
eos cognatos, qui ex latere sunt, remotiores, sibi  
hæredes resp. descendentes factos, & alios conven-  
tionales, constituere, & ita aliam viam, præter  
prohibitam, quærere possent. Quandoquidem ho-  
die non per *Testamentum* tantum, & ab *intestato*, no-  
bis acquiritur hæreditas, sed etiam *pactis*. Quam-  
vis enim, de jure Civili, regulariter non subsistant  
pacta de futurâ successione, *L. 15. C. de Pact.* quod  
plena videantur tristissimi eventus. *L. fin. C. codem.*  
vid. Struv. *S. I. C. Exerc. VI. th. 44.* Moribus tamen  
in suo constant valore, cùm nullam in se contineant  
turpidinem *naturalem*, sed tantum *civilem*; atqui  
verò, quæ civilia sunt, hæc moribus immutari pos-  
sunt. *L. 32. §. 1. ff. de LL. conf. Stryk. in Tr. de. S. A. I.  
Diff. 1. C. 1. §. 14. 15. §. 16.*

§. 2. Porro impedimentum hujus legis prohibitoriae  
foret: *Donatio inter vivos*. Quamvis enim è Re-  
publicâ jam eliminatae fuerint (a) facultas: hære-  
des *Testamentarios* faciendi eos, qui ab *intestato*  
succedere nequeunt, & (b) *successio collateralium*  
remo-

remotiorum legitima ; in hujusmodi tamen prohibitionis elusionem, illi, qui aut nullos plane legitimos hæredes, aut sartim collaterales remotiores, post se relicturi sunt, possent talibus, qui ab intestato planè succedere ipsis nequeunt, vel ex numero collateralium remotiorum sunt, atque utrobique copiosâ prole gaudent, quin etiam *ad pias causas*, omnia sua bona, inter vivos, donare, ut ita nulla spes, succedendi, Fisco remaneat. Donatio enim inter vivos, in ipsâ hâc dissertatione, tanquam modus, quo, juri naturali convenienter, aliquid in aliud transferri posset, approbata est superius, per responcionem ad rationem dubitandi 1. (mam) & 2dam) in verbis : *de actibus tantum inter vivos - - - per actum inter vivos, &c.*

§. 3. *Quin, & tertio*, salvis verbis legis istiusmodi prohibitiwæ, mentem ejus circumvenire possent subditi, *per venditionem* facultatum suarum, ad eorum collaterales cognatos remotiores, aut ad eos, qui planè ipsis hæredes legitimi fieri non valent, ut ita nec his, cum effectu, aliquando præferri posse videatur Fiscus.

§. 4. Et licet tunc pretium, ex venditis facultatibus redactum, adhuc supersit, atque, in hâc, successio-  
nis spem Fisco adhuc residere autumaverimus ; hâc tamen spes iterum intercipi potest quartò : *prodigali- tate venditoris, aut quinto : transmigratione in alienum territorium, si scilicet ille omnia sua decoquere, aut ali orsum*

orsum transferre malit , quām Fiscum in hōc terri-  
torio sibi hāredem scire futurum.

§. 5. Et ex eādem causā successionem Fisci potest im-  
pedire sextō : subditorum *Lugavia* ; Si nimirum hi  
ipſi , ( dum vel *omnis generis* hāredibus ab intestato ,  
vel saltim *propioribus* collateralibus , & prāterea fa-  
cultate : hāredes collaterales *remotiores* , aut non  
cognatos , seu merē - Testamentarios , instituendi ,  
semet cognoscunt destituros ) labores & prudentiam  
œconomicam fugere incipient , atque sic facultates  
suas conservare desistant , illasque in suavi otio con-  
sumere potius , quām , curis & operis suis auctas at-  
que custoditas , Fisco relinquere , eligant .

## Th. II.

**S**Ingula tamen hāc obstacula putativa , sequen-  
tibus remedii , depelli queunt .

§. I. Nimirum : illa , *in genere* , declinari atque removēri  
possunt clausulā annullatoriā , & ejusmodi pœnali ,  
qualis proponitur *in fine §. ult. Inst. de his* , qui sui  
vel alieni juris sunt , quæque ita sonat : *Quod , si*  
*mea Constitutioni fraudem fecerit , sciat , me hoc ad-*  
*missum severius executurum* . Ex quā , nec non præ-  
cedentibus citati ſphi verbis , simul patet : quod :  
quamvis juri naturali conveniens fit , ut voluntas  
Domini , rem suam , *per aetum inter vivos* , v. g.  
Donationem & venditionem , utpote de quā poste-  
riori inibi agitur , in alium transferre volentis , rata  
habeatur ; *hoc ipsum tamen tantummodo i.) cum*  
hāc

hâc sublimitatione : nisi traslatio illa *in legis* , ean-  
dem certo casu prohibentis , *fraudem* , fiat ; & 2.)  
saltim , respectu privatorum ; non vero intuitu Prin-  
cipis , ejusque Fisci ; ideoque non , nisi 3.) tub ex-  
ceptione casuum publicæ utilitatis & necessitatis , ve-  
rum sit ; per ea , quæ superius , in responsione ad  
rationem dubitandi i. tradita sunt.

§. 2. Speciatim itaque per clausulam annullatoriam &  
peñalem , præter adoptionem atque arrogationem ,  
etiam *Succesio conventionalis* , in casu , quo quis aut  
nullos planè hæredes ab intestato , aut solum collate-  
rales remotores , post se relinquit , *expressè* possunt ex-  
cludi atque inhiberi . Quamvis enim *Succesio conven-  
tionalis* , respectu verorum Descendentium , Ascenden-  
tium , Collateralium propinquorum , item : *Conju-  
gum* , adhuc possit permitti ; prohiberi tamen pot-  
est tam respectu eorum , qui planè ab intestato suc-  
cedere nequeunt , quam eorum , qui remotores  
sunt à latere cognati . Si enim jure Civili regulari-  
ter non admissa fuit *succesio ex pacto* ; quare non  
hodiè eadem ad solos Descendentes , Ascendentes ,  
propiores Collaterales , & conjuges , posset restrin-  
gi ? Quemadmodum etiam *adoptio* & *arrogatio* ,  
tanquam positivâ lege introductæ , contrariâ lege  
civili tolli possunt .

§. 3. Similiter , *lege illa prohibitoria* , sigillatim definiri  
potest : ne , *in ejus fraudem* , facultates eorum , qui  
aut nullis hæredibus ab intestato , aut tantummodo  
remotioribus à latere , gaudent , in tales , qui uni-  
versitatem istiusmodi bonorum ab intestato planè

E capere

COROL

capere non possunt , aut remotos collateralium gradus obtinent , per *donationem* aut *venditionem* , aut pecunia ex re venditâ , aliaque mobilia , in alienum territorium transferantur .

§. 4. *Prodigorum* autem & *Ignavorum* intentæ circumventioni resisti potest per constitutionem curatoris , cum interdictione administrationis bonorum , atque penali injunctione diligentiae domesticæ . Antea vero , & , ne ille , qui omnibus , aut proprioribus saltim , hæredibus ab intestato destitutus est , Vacuæ litare assvelscat , ipsi , ut opes suas porrò dispendere & conservare studeat , per evictionem ad ampliores honorum gradus , eorumque conditionatam detentionem , si scilicet in debitâ frugalitate , atque assiduitate , perseveraverit , prætereaque per promissionem perpetuæ & gloriose , post mortem , memorie , stimulus injici potest .

### T A N T U M !



COROL-

( 35 )

## COROLLARIA.

I.  
**I**N casu *necessitatis*, & *publicæ utilitatis*,  
Respublica est eminens Dominus facultatum  
nostrarum.

II.  
*Interest Reipublica* : Fiscum semper esse  
divitem.

III.  
Fiscus *injustè* non occupat , quod Jus na-  
turæ eidem occupare permittit.

IV.  
Augmentum Fisci non est seponendum  
usque ad *tempus belli*.

V.  
Etiam *in conscientiâ* obligamur : res no-  
stras potius Fisco Principis , quam remotioribus  
cognatis , aut planè extraneis hæredibus , relin-  
quere.

VI.  
Si Fiscus iis , qui destituti sunt omnibus ;  
aut saltim propinquis, collateralibus hæredibus  
ab intestato , *in compensationem futurae succe-  
sionis* , & propter eam , beneficia aliqua hono-  
rum,

rum , & inde pendentium uberiorum opum ,  
sub conditione conservationis , largiatur ; *in-*  
*terest etiam privatorum* : Fiscum , præ priva-  
to , eligere hæredem .

## VII.

Per adoptionem , arrogationem , initam suc-  
cessionem conventionalem , venditionem , do-  
nationem , item per prodigalitatem & igna-  
viam eorum , qui hæredibus ab intestato aut  
omnibus , aut propinquis , destituti sunt , priva-  
ti hæredes testamentarii & legitimi , æquè ac Fi-  
scus , fraudari atque frustrari possent spe successi-  
onis , etiam si Fiscus non abrogaret merè Te-  
stamentariam aut remotiorum col-  
lateralium successionem .







01 A 6619



V0717





25

DISSERTATIO JURIDICA,  
DE  
**MODO AUGENDI FISCUM**  
ET  
**POTESTATEM PRINCIPIS,**  
PER ABROGATIONEM SUCCESSIONIS  
MERE-TESTAMENTARIAE, ET LEGITIMAE,  
QVOD GRADUS COLLATERALIUM REMOTORES;  
QVAM,  
DIVINA ANNUENTE GRATIA,  
RECTORE UNIVERSITATIS HIERANÆ MAGNIFICENTISSIMO,  
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,  
DOMINO  
**PHILIPPO WILHELMO,**  
S. R. I. COMITE DE BOINEBURG,  
SACRAE CÆSAREÆ ATQVE REGIÆ CATHOLICÆ MA-  
JESTATIS CONSILIARIO INTIMO ET CAMERARIO, NEC NON ME-  
TROPOLITANARUM ECCLESiarum: MOGUNTINÆ ET TREVIRENSIS, CANONICO CA-  
PITALIARI SENIORE, ET RESPECTIVE SUPREMO CHORI - EPISCOPO, EM-  
NENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARIO IN-  
TIMO, AC CIVITATIS TERRITORIQUE ERFFUR-  
TENSIS PRO - PRINCIPE,  
CONSENSU INCLYTÆ FACULTATIS JURIDICÆ,  
PRÆSIDE  
**JOANNE PHILIPPO Greiber /**  
PHILOS. ET J. U. D. SACRI PALATHII CÆSAREI COMITE, PROFESSORE  
PUBLICO EXTRAORDINARIO, SENATORE, REGIMINIS JUDICIQVE ELECTO-  
RALIS ADVOCATO, ET P. L. C.  
IN AUDITORIO FACTORUM MAJORI,  
DIE V. MAJI MDCCXIV  
PUBLICÆ DISCUSSIONI SUBJICET  
**HERVICUS ANTONIUS DURINO,**  
ERFFURTENSIS, J. U. C.  
ERFFRTI, TYPIS GEORGII RUDOLPHI ENGELHARDTHI,